

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7207

Autre(s) référence(s) : Round 110

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Rouen (ville)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1172-1178]

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation des libertés et des franchises de la ville de Rouen.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Chéruef Adolphe, *Histoire de Rouen pendant l'époque communale, 1150-1382*, suivie de pièces justificatives publiées pour la première fois d'après les archives départementales et municipales de cette ville, Rouen, N. Périaux, 1843-1844, 2 vol., t. 1, p. 247.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DXXVI, t. 2, p. 89-90.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 110.

Dissertation critique

« 1172-1173 – 1178 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 90. Souscriptions de Gilles, évêque d'Évreux, de Roger, abbé du Bec, de Richard du Hommet, tous morts en 1179 ; Henri II a repassé de Normandie en Angleterre en juillet 1178 et restait en Angleterre jusqu'au milieu d'avril 1180. Cet acte, qui porte la formule *Dei gratia*, n'est pas antérieur à 1172-1173.

Texte établi d'après b

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius terre sue citra et ultra, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse civibus et hominibus meis Rothomagensibus libertatem et quietanciam, per totam terram meam citra mare et ultra, de omnibus que ad me pertinent consuetudinibus, tam per aquam quam per terram, et quod omnes terre Rothomagenses, quacumque in consuetudine, sint solute et quiete ab

omni consuetudine, salvis modulationibus vini et redditibus de molendinis et bolengariis. Concedo etiam eis quod non placent de vadiis et achatis et de debitis et hereditatibus suis nisi intra civitatem Rothomagi, et super his fiat iudicium per legitimos homines civitatis coram baillivo meo, et quod habeant transversum suum de Dunegata in Londonio, sicut habere solebant tempore Henrici avi mei, et quod nulla navis moveat de Normannia, secundum antiquam consuetudinem Normannie, ad eundem in Hiberniam, nisi de Rothomago, preter unam a Cesaris Burgo semel in anno, nec aliquis ducat vinum pretereundo Rothomagum ad eundem in Angliam, nisi sit manens in Rothomago. Et prohibeo ne quis inde vexet eos vel disturbare presumat.

Testibus : Rotrodo archiepiscopo Rothomagensi, Henrico Baiocensi, Arnulpho Lexoviensi, Egidio Ebroicensi episcopis, Rogerio abbate Becci, Radulfo cancellario, comite Willelmo de Mandevilla, Ricardo de Homet constabulario, Reginaldo de Cortenaio, Roberto Marmion, Hugone de Laci, Ricardo de Vernone, Henrico de Novo Burgo, Seherio de Quinci, Hugone de Cressy, Ricardo de Canvilla, Willelmo Malo Vicino, Reginaldo de Pavilly, Simone de Tornebu, Girardo de Canvilla.

Apud Rothomagum.